UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei declamatoribus admodum vtilis et necessaria

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Gaudium mundi figiendum tribus rationibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

Visual Library

dis quietem, et lętitiam dei acquirē.
Ro. 12. Quinto in ſpei remuneratione. Rom.
Auguſ. ſpe gaudentes, &c. Et Auguſtinus. ip
ſa ſpes nos gaudere facit inter dolo-
res, &c.

Gaudium mundi fugiendum rationibus quatuor.

Luc. 6. PRima eſt, quia ore Dei maledictum eſt. Vnde apud Lucam diuitibus huius ſeculi minabatur dicens. Væ uobis diuitibus qui habetis hic conſolationem ueſtram. Quis eſt, qui audiat guſtare cibum ab aliquo ſancto maledictum. Quomodo aliquis præſumet, gaudium in hoc mundo haurire ab ipſo Deo
Pſal. 76 maledictum? Propterea dicebat David. Renuit conſolari anima mea. Secunda eſt, quia gaudium mundi fallax eſt. quod poteſt oſtendi tribus rationibus, ſicut gaudium mundanum in tribus conſiſtit. Primo, in congregatione diuitiarum, quod gaudium fatuum eſſe oſtenditur, in eo quòd diuites omnia relinquunt, nihil ſecum præter cilicium & peccata portantes.
Iob. 1. Vnde Iob. Nudus egreſſus de utero matris meæ, & nudus reuertar illuc.
1. Ti. 6. Et Apoſtolus. Nihil intulimus in hunc

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mundum. Secundo in acquiſitione honorum, quod gaudium fatuum eſſe oſtenditur, in eo quòd ipſe ſub terra ponitur, qui ſuper alios uoluit eſſe honoratus ab hominibus, & ut canis uel porcus conculcatur. Tertio in delectatione delitiarum, quod gaudium et ſimiliter fatuum eſſe demonſtratur in eo quòd à uermibus comeditur, qui carni ſuę delitias dedit, & dum in delitiis carnem ſuam nutrit, nil aliud facit, quàm carnem ſuam eſcam uermibus parare. Vnde illud. Cur caro lętatur, quia eſca uermibus paratur? Tertia eſt, quia breue. Vnde Iob. Gaudium hypocritę ad inſtar puncti. Iob. 20.
Delitiæ (ait Chriſoſtomus) uelut umbra pertranſeunt, pœnæ uerò perpetuæ manent. Chriſo.
Quarta eſt, quia non eſt purum gaudium. Prou. 14. Riſus dolore miſcebitur, & extrema gaudii luctus occupabit, &c. Pro. 14
Reſperſa eſt enim dulcedo felicitatis humanæ multis amaritudinibus. Vnde P. Auguſtinus. Auguſ.
Mors iſta uitalis licet multis reſperſa ſit amaritudinibus, pro dolor, quàm plurimos ſuis capit illecebris, et quantos ſuis falſis promiſſionibus decipit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN